

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 278

Hae litterae conservantes indicant quod Riuault archidiaconus patriae Gueroci, volens mundana pompa exui ac monachico vestimento pro amore Christi indui, veniens ad rothonense monasterium, suis fratribus atque amicis in hoc consencentibus, partem terrae quae vocatur Trebaltnou et aliam quae nominatur pars Jacobi, terciam necnon quae vocitatur pars Finitger, cum suis hominibus, pratis, aquis, silvis, pascuis aquarumve decursibus, Sancto Salvatori in rothonensi monasterio ac monachis Deo ibidem servientibus, secum detulit ac monachio perpetuo grafiavit, pro sua suorumque fratrum ac tocius parentelae anima, sirie aliquo tributo vel servicio alicui homini terreno preter Sancto Salvatori ac suis monachis. Hoc factum est .II. kal. decembr., ipsa die missa Sancti Andreeae apostoli, luna .XIIII., Bili episcopio venetica urbe, Rudalt comite post mortem patris sui, coram multis testibus: Riuault, qui dedit, testis; Jacob, decanus, testis; Reithgualatr, testis; Armail, testis; Iarnguallon, testis; Bili, testis; Kallon, testis; Iedecael, testis; Urbian, testis; Ciprion, testis; Luiesguallon, testis; Cunatan, testis; Marhuili, testis; Hingant, presbyter, testis; Heuuoret, testis; Kenguethen, presbyter, testis; Tregar, presbyter, testis; Morman, testis; Guiscuhiarn, testis; Leugui, testis; Gurheten, testis; Desarui, testis; Budguoret, testis.